sicque villam capiendo, statim dominus episcopus imperteritus misit dominum Johannem de Lapide militem nobilem et strennuum sororium suum, qui cum tribus filiis suis paucis sibi adiunctis vix 30 armatis a/ per quandam ~~po~~ posternam b/ scilicet parvam portam occupatoribus forte ignotam eadem die opidum intravit Marsallum, et deo volente quotquot erant occupatores cepit et non capti interierunt, de quibus in una fossa fuerant 87 milites et arm~~at~~igeri. Captivi vero domino episcopo in Vico sunt presentati. Sic subito defecerunt propter iniquitatem suam et perierunt. Eciam Sarburgum oppidum propter rebellionem potenter obsedit, ubi comites de Sar a/ et de Parva petra se interposuerunt et pro voluntate domini episcopi concordiam fecerunt. Sicque contra eos thriumphavit b/, et omnia iura sua recuperavit, que quidam cives communitati semper occultaverant, ut per se suis temporibus regnarent; sicut bene est repertum, dum consilium ville per dominum episcopum est mutatum. Verum a/ quod sicut cum Helyseo fuit malis et reis pro malicia retributor, sic pro meritis religiosorum religionum pater extitit et amator. Nam fratribus ordinum medicancium frequenter providere consuevit, inter quos fratrem Bertrannum * ordinis predicatorum de Confluencia episcopum Thefeliensem vicarium suum in pontificalibus b/ tam Wormaciensi quam Metensi ~~[illegible]~~ speciali prerogativa c/ dilexit. Hic dum vicariatum Metensem teneret composuit psalterium beate virginis secundum ordinem psalmorum, quemlibet

a/ armatis corr. ut videtur adiunatis man. rec.

b/ postnā c.

vel pro interpungamus : armigeri. Captivi vero

a/ sar. w'den c. Sar. Gb'den

b/ e corr.

a/ Verum c. [illegible] est pro [illegible].

*

b/ m. r. e corr. (pontif xx bus [illegible] pontificalibus ?

c/ rogativa corr. prerogativa m. r.